

hanc gignunt perturbationem; evellendi vitia, quos in hac foelera impellunt, & acquirendi virtutes, sine quibus subsistere nequit? Idem etiam, quemadmodum docet experientia, ducitur initium, cum finire vitam frugi, facilioremque ducere cupimus, hac mente, quod ubi corpus seculi modestia compositum fuerit, spiritum quoque quamprimum legi Dei, & rationis subditum iri; atque internam animi partem optime tunc institutam futuram, cum pars exterior perfecte subiecta fuerit, & reformata. Idem.

Te immodestia agnovit relaxatio pietatis.

Audacter affirmare possumus pro ut modestia laxatur, devotionem etiam imminui. Hoc statim deprehenditur. Persona haec, dicunt, primum fervorem abiecit, non eadem est ac antea in cultu Dei, verbo, ex eo decidit statu, in quo illi fuerat. Quomodo hoc vides? & ex quo signo de hac judicas mutatione? Satis est, respondent, illam cum seipsa comparare, ubi illa modestia, quam praeferebat cum primum se devovit Deo, & quae indigebat studium illud, quo res omnes ad unguem perficere satagebat. Nonne vides quomodo nunc sese emancipet, quomodo levis, & curiosa sit, quae licentia loquatur, quam effuse in sacris solvatur, quomodo festinanter, incauteque omnia operetur? Quid factum est de hoc poenitentia spiritu, & praesentia Dei, quae penitus antea erat occupata? Hae omnia cum modestia evanuerunt, quia ab eadem separari non poterant: nunc vero pro ve-recunda illa, quae in se mortaliu omnium oculos convertebat, facies, gestus, verba illius, quidquid vel dicit, vel facit, nonne offendunt animi ipsius tumultum, mentis evagationem, quae efficit ut quamprimum impudente succedat modestia, & hanc locum abijcere cogit personam? Undenam hoc, quae? Quia pietas, devotio, sanctitas nullibi sine modestia esse potest; altera cum altera acquiritur, & per alteram altera. Sibi mutuo dant manus, ac tandem periculum idem, eandemque subeunt formam. Idem.

Cur velit A. peccatorem modicum non frangit omnibus hominibus notam esse.

Modestia proflus oppositum accidit, ac virtutibus reliquis, quas pro virili a nobis abscondi jubet Evangelium, ut Deo uni comperta sint, atque exprobentur; istem querendum non est, quomodo illas extrinsecus ostendamus; ne locus praebatur vanitati omne earum meritum corrumpenti: at jubet S. Paulus ad Philip. 4. si fieri possit, mortaliu omnibus notam fieri modestiam: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et videmus sanctos illos, qui humillimi fuerunt, & qui omnem curam, studiumque suum collocarunt, ut ea, quae bona facerent, mortaliu oculis absconderent; id unum curasse, quomodo modestiam suam, ut ita dicam, ostentarent; ut olim S. Franciscus per vias, & compita incedebat ea mente, ut videretur, & solo in cessu populis predicaret. Undenam, quae, tantum discriminis? Quia ad alios in Dei cultum pertrahendos, ad S. Bernardus, qui ejusdem erat sententiae, ait, atque ad cor eorum movendum, eisque sanctitatis desiderium injiciendum nulla efficacior est ratio, quam externus oris habitus modestus, atque compositus, qui quidem inevitabilis habet illecebras. Idem.

Modestia peccatorem habet vim, ut peccatores convertat eo quod Deo laetetur.

Modestia, quae videtur in nobis, statim sibi fidem conciliat apud eos, a quibus videtur, & qui ideo sublimem virtutis nostrae conceptum sistent, ac deinde omnia verba nostra tanquam oracula excipiunt, eaque audiunt quasi de caelo illaberentur, ita ut sine vocis ipsius ope modestia sit mutus concionator; sed tamen eloquens, qui placet, qui movet, qui persuadet; quoties enim accidit, ut Sancti nequissimos etiam peccatores sola modestia, & composito oris habitu converterent? Quot homines saeculi voluptatibus abditii ad religionem statum evocati fuerent, illecebrarum modestia, qui hunc ipsum statum fuerant amplexati? Pleni sunt libri triumphis, atque victoriis, quas haec peperit virtus, quae sine armis, sine vi potuit cor-de, & voluntate eorum, qui vident illam. Cum enim virtus hac per se sit amabilis, ita ut nequissimus quisque eam plurimi non facere nequeat, cumque non valeant homines interiore scrutari partem, unde proficiunt, nitor qui extrinsecus assilget, omnium hominum oculos in se convertit, & admirabilem viam in eorum animos facit. Itaque dicere possumus per hanc religiosam domos frequentari, atque dicere possumus per hanc ordinem, atque disciplinam servari, per hanc sanctitatis suae religiosae suam odorem efflare, per hanc denique bonum eorum exemplum edificare omnes illos, cum quibus versantur. Idem.

Sine modestia qui pro-mittitur non tenet.

Hinc etiam inferendum est sine modestia, qui alios

ad virtutem studet impellere, oleum, & operam perdere: hoc enim est altera manu edificare, altera evertere; & quodcumque boni faciamus, modus, quo fieri, omnia corrumpit. Nulla amplius erit vel decoris, vel honestatis mensura in colloquiis, & conversationibus nostris, quae omnium avertent animos immodestia, nimirumque liberis moribus, qui offendunt animum parum in rebus affectum, qui alios affici cupimus. Etenim licet immodestia esse in sensu, quo istic accipimus, omne hominum genus dedecet, in nullo tamen pejus sedet quam in illis, qui alios a virtutis retrahere, atque ad virtutem conantur impellere. Defectus hic statim deprehenditur, neque ulla unquam illi venia conceditur, quippe qui eorum muneris, atque professioni omnium maxime adversatur. Idem.

Si tantam vim habet modestia, ut Deo nequissimos etiam peccatores laetetur, addendum quoque est, non minorem habere facultatem ad vitium comprimentum, atque habendum, quod licet impudentissimum sit, illius tamen faciem, ac vultum sustinere non potest. *Vitia ex occurfu meo sustulit, Tertullianus ajebat, loquens solum de Philosophica toga, quam gerebat, & quae nota erat virtutis magis austeris, quam vulgo esse confueverit.* [Extra haec species, vultus ad severitatem compositus virtutum ipsum confundere, ac debellare potest. Et profecto hoc procaecissimum quisque coram viro senio, atque auctoritate gravi, quem reveretur, sese continet, quid non obtinebit Ecclesiastici, vel Regularis alicujus modestia, vel etiam ejus viri modestia, cujus pietas probata est, atque confirmata ea professione, quae per se jam sancta est, atque reverentiam omnem meretur? Auderitne quisquam in verba, factiva nimis libera erumpere? auderitne coram eodem sese indecorare, ac immodeste gerere? Et si fortasse eo in actu flagitiosus aliquot adessent viri, nonne dicerent, ut olim Sancti Bernardini Senensis focii, qui ubi sanctum hunc adolefcentem ad se accedere intuebantur, tacuimus, ajebant, mutemus argumentum sermonis; ille enim licentiam nostram ferre non poterit. Idem.

Auctor naturae humanum efformans corpus ex tanta membrorum varietate compositum, caput veluti partem principalem in sublimiori loco constituit, ita ut sit hominem integrum videre illius tantum caput. & os intueri; eo usque ut ad veritatem aliquam testandam olim sufficeret aperire caput, & jurare per hanc hominis partem, in qua Ethnici divinum aliquid esse iudicabant; & quae hodierna quoque die prima res est, in eam immoratur, ut personam agnoscamus, & de cordis ipsius aequitate, atque spiritus qualitate iudicium feramus. Ibi autem occurrunt tria, quae decori, & urbanitati videntur opposita, & quae sedulo sunt evitanda. Primum ne quid ferocis, aut nimis severum ibi videatur; alterum, ne molli, languidaque ratione, quae effeminatum aliquid audiat, haeratur; tertium ne caput in singula momenta circumquiescat feratur; quod est levis, & inconstans spiritus indicium. Caput non semper erectum esse debet; quod superbi, & audaciae testimonium est. Ut iusta modestiae regule serventur opus est, faciam ita esse compositam, ut nulla appareat turba turba, ut neque nimium sit tristis, neque nimium laeta, sed gravis semper, & seria; nulla sollicitudine, nulla agitatione ejus ferentiam turbari, sed in mundi consuetudine nonnihil de illius serietate imminui. Oculi sunt speculamina animae; plurima in illis circumferendis opus est circumspeditione, ne curiosi sint, neque in partem omnem errantes, ut neque eidem objecto nimis haerentes; sed in necessariis usus honesta cum libertate adhibiti, quae nihil immodestum, nihilque nimis austerum sapiat. Non loquor autem de fermonibus, & colloquiis; sufficit jam ostendisse modestiam a mimis salubis, ab obsequiis jocis, ab importuntis altercationibus, atque ab iis omnibus abhorreere, quae vel minimum quidquam pudori offendant: verum neque probare potest fatuum, stupidumque silentium, quod vel contemptum significat, vel inuit, nos iis, qui dicuntur, ne animum quidem advertere. Modestia sese extendit etiam ad gestus, incessum, vocis tonum, atque singillatim ad ea omnia, quae exteriorum corporis habitum respiciunt; sed hoc melius ex honestiorum virorum commercio, quam ex praeceptis, quae possunt asserri, percipitur. Auctor recens.

Estam qui virtute pre-dicti sunt modestia, in officio continet provocat.

Aliquot velle modestia, sine quibus animus advertere oportet precium est.

MOLLITIE S.

Vita mollis, & voluptuaria; commodorum perquisitio; Evangelicarum legum temperamentum, &c.

MONITUM.



RIA, vel quatuor occurrunt notanda in hoc argumento vita illius, quae mollis, iners, vel voluptuaria appellatur, & quae alii quoque appinibus potest nuncupari. Primum hic non agitur de peculiari aliquo vitio, puta alicuius gula, luxu, vel perniciosa aliqua animi remissione; sed de ea hic omnibus confuso argumento, de ea vivendi ratione, ubi temporis terendi modus inquiritur sine ullo solido, serioque negotio, quin, non nisi temere, atque in ipsum dumtaxat, vita christiana adimpleatur officia; ubi denique, ut verbo me expediam, homines nequaquam aperiunt praesentur licentiam, sed ubi potiores curas impendant, & vita hujus commodis, atque deliciis perfruatur, quam se saluti suae consulant.

Alterum est, quemadmodum hoc argumentum quadam congeries est ex aliis pluribus constans, ita nonnisi ex aliorum materia posse repleri; ita tamen ut semper in genere sermo habeatur, quin ad particularia descensus fiat: tunc enim non contra mollem vitam, sed contra aliquod ex iis, quae illam constituunt, oratio instituetur.

Tertium, quamvis quodlibet solatium sumptum fortasse neque vitium sit, neque hominem in salutis adducat periculum, atque cum in illud ita incumbimus, & nosmet ipsos eidem mancipamus ut omnia vita negligamus officia, tunc culpa non caret: quod semper concionis vel argumentum vel pars potissima esse debet.

Quartum denique, apud veteres Concionatores nullibi mentionem inveniri de molli vita eo, quo istic accipitur, sensu, & non multo ante hanc diem annos argumentum hoc pertrahari consuevisse, immo & postremis etiam temporibus paucos in lucem prodisse libros, in quibus de eodem agatur, quae res me cogit suspicentem ex aliis veteris argumentis, quae cum hoc nexum, & rationem aliquam habent, vel quae eidem opposita sunt; videlicet ex mundi oblectamentis, ex arcta via, quam praescribit Evangelium, & mortificatione, aliisque, quin tamen ea, quae in his titulis allata sunt, repetantur; ita ut illis, qui plura voluerint, licet easdem consulere, ubi satis superque inveniant, unde argumentum hoc valeant exornare.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia concionum hujus argumenti Systemata.

**P**RO Concionis argumento assumi potest, neminem in molli, inerti que vita salutem suam operari posse; ea quippe christiana vita non est; idque tribus ex causis, quae sermonis partitionem praebunt: prima, quia vita haec non est Evangelio conformis, quod quidem eorum, quae a nobis facienda sunt, normam praebere debet. Altera, quia similis non est vitae Salvatoris, qui prototypus est ab omnibus fidelibus exprimentus. Tertia, quia vita non est summam assequendum felicitatem, finem videlicet, ad quem sumus creati.

Quoad primum partem mollem vitam, qualem plerique et saeculo ducent, nequaquam esse legibus, Evangelicisque praeceptis conformem; Evangelium enim cruces tantummodo, sui abnegationem, austeritates, mortificationes, voluptatum fugam loquitur, eaque horret qui in voluptuaria, commodaque vita quantur: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Matth. 16. Qui vult venire post me, non potest esse discipulus. Luc. 14. Vae vobis, qui ridetis. Luc. 6. alicuius ejus generis loci. Quid autem molli vitae magis oppositum quam haec sententia, quae totidem partem regule, quae in vita sua sequi debet Christianus, qui aliquo salvis fieri non potest: Ideoque commoda, voluptates, solatia, quae voluptuariae hanc vitam constituunt, odisse tenetur? Inutile est respondere, has leges, haecque sententias mera esse consilia, quae illos tantum respiciunt, qui ad perfectionem anhelant, quales sunt Connoibit, non autem vulgus hominum, & minus adhaere eos, quos genus, dignitas, & gradus, quom obtinent, in mundo distinguunt. Facile enim ista diluantur iisdem Filii Dei verbis, ac intentione Legislatoris, qui haec omnia praecepta proposuit, ut mederetur malo, quod saecula in mundum invecerat: cum enim haec irrogavit praecepta, nonne palam professus est se illa mortaliu omnibus irrogare? *Quid vobis dico, omnia dico, & quod in aure auditis, praedicate super tota. Matth. 10. Et sane cum S. Paulus Coloss. 3. Magistri sui verbis imperat: Mortificate membra vestra, nunquid religiosus tantum alioquitur viros? Nempe Colossenses alioquitur, quibus praedicaverat Evangelium; videlicet homines omnium statum, & conditionum sine ullo discrimine, sine exceptione. Cui igitur rationi inniti potest asserta haec dispensatio, quandoquidem legis verba generalia sunt, & Filius Dei nullam habet rationem vel hominis alicujus singillatim, vel alicujus conditionis genera-**

tim; neque ullam excipit nobilitatem, aut dignitatem, cum lex sit inevitabilis? Ad haec nonnulla afferri possunt rationes ad probandum sensum mortificationem nobis esse necessariam, ut salutem nostram operemur; cujusmodi essent, sine hoc Evangelica adimpleri praecepta non posse, atque hinc inferre, praecipit esse a voluptatibus, solatiisque abstinentiam; quae licet nobis noxa carere videantur, viam tamen illis aperiunt, quae culpa minime vacant. Si enim in iis etiam, quae nobis licent, nullo utamur modo, semperque amor proprio satisfacere velimus, quomodo prohibere possumus, ne affectus nostri praeter jus, & fas in ea proruant, quae facere prohibemur? Ex his omnibus inferendum est, eum, qui mollem vult vitam ducere, quin seipsum mortificet in iis, quae absolute sunt contra praeceptum, legemque Evangelicam, & in re gravi, salutem suam operari non posse, quia non vivit vitam Evangelio conformem, & Christiano nomine dignam.

Quod ad alteram rationem spectat, non minus partem mollem, ac voluptuosam vitam, quales principum virorum, eorumque esse solet, qui in mundo entescunt, nullam habere confortem cum vita, quam Salvator duxit in terris; atamen sine hac similitudine, & conformitate nulla salus speranda est: *Quos praeservat, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui. ad Rom. 8. Ut autem liquet quam parum similitudinis, vel potius quanta oppositio intercedat inter id genus hominum vitam, & eam, quae nobis exemplo esse debet, satis est illam cum tribus praebitis vitae Filii Dei super terram conferre. 1. Abiita illius vita ab ipso nativitate exordio usque ad annum trigessimum in submissioe, labore, paupertate, ac recessu transacta fuit. 2. Pars altera, quae dicitur activa, & quae in praedicationibus, atque conversioibus peragendis tradita fuit, poterat magis opposita esse molli, inerti que vitae eorum, qui in mundo obsequantur. 3. Hac vero oppositio magis adhuc patet in tertia vitae illius parte, quae passus est; quae toto caelo ei opponitur vitae, quae nihil praeter solatia, & voluptates inquirunt.*

Ratio tertia haec est, quod mollis, ac iners vita nullam habet rationem ad finem, cui nos destinavit Deus; videlicet ad eulum, aeternaque felicitatem. 1. Quia gloria, & beatitudo, quam speramus, pretium est, ac merces laborum, operumque bonorum. At illumne in hac inerti vita fit bonum opus? 2. Cae.

Caelum non acquirit nisi ea vi, quam quilibet sibi inferat. At quam vix vim inferat, qui ubique comoda, & voluptates inquiri? 3. Hanc passione mereatur. Sed in hac desiderium via quid patiamur?

II. Vita haec mollis, & voluptuaria, quam plerique in Christiana religionis luce vivere cupiunt.

1. Est mixta, quaedam mundanarum. Evangelicarumque sententiarum; quas quidem simul coalescere posse, nunquam existimatum est: Quae conventio lucis ad tenebras, Christi ad Belial? 2. Cor. 6. 2. Divisio est Mundum inter, & Deum, Deo quidem contumeliosa, & quam mundus etiam agere pati potest. 3. Temperamentum est, quod neque Evangelicorum legum lenit austeritatem, neque legum mundum iniquitatem minuit, sed illas quidem corrumpit, has probat.

III. Qui vitam mollem, voluptuariamque ducunt, salutem suam nequeunt operari.

1. Quia non auferunt obices salutis, qui intra nos sunt, videlicet affectiones, ac studia, quibus in malum rapimur, & quae haec ratione fovemus. 2. Quia non conantur evitare perenni pericula, quae obsecula sunt extra nos; videlicet mundi illecebras, voluptates, ac mundana solatia. 3. Quia medium inter utrumque hunc fatum neque Deo proferas, neque profusus mundo inferendi mediumque inter latam, angustamque viam, via est commentitia, & quae nunquam fuit via salutis.

IV. 1. In Christianissimo salvari non possumus, nisi arctam sequamur viam, quae ducit ad vitam. 2. Vita mollis proprie via lata est, per quam major incedit numerus; constat enim plures esse, qui ita omnibus in stantibus, & conditionibus vivunt, quam qui palam impii sunt, ac nequitie mancipii.

V. 1. Hominum caecitas haec in re magna est, & communis, ac generalis illatio; potior enim hominum pars putat salutem se operari posse hanc vitam ducendo, quae ipsi culpa vacare videtur. 2. Haec autem, neque confederationis pretextu, neque exemplo eorum, qui boni ducuntur, neque societatis, quas sibi frequentando putant, excusantur.

VI. 1. Hoc vite genus, ubi satis existimatur majora evitare scilicet, & ubi nihil eorum nobis negamus, quae studiis, & affectionibus nostris satisfacere possit ut suavis, commodamque vitam vivamus, nequaquam satis asperum est, ut poenitentis vita possit haberi, & ut vera conversio fiat, quamvis mundum fugiamus, ab illiis voluptatibus abstinemus, vivendi licentiam, quam antea sequebamur, abjicimus: hoc enim non est omnino, sed ex parte, illam abijcere. 2. Hoc non est vitam vivere satis frangi, atque ita a terrenis rebus sepositam, ut innocentiae morum consilii possit: sin autem nosmetipsos tamquam peccatores consideramus, in hac molli vita vera heri penitentiam non potest, neque vita duci Christiano homine digna, & ad salutem operandum idonea.

VII. 1. Hunc vitam statum eligere, ubi omnia adfunt comoda, sine ulla vi, ullaque voluntaria mortificatione, & qui recte utamur illis, quae invitit accidere possunt, hoc est vitam traducere in summa officiorum Christiana vite ignorantia. 2. Iudicium est cordis fami corrupti, & quod non diu occasionebus, atque periculis in extremam ruendi licentiam resistere poterit.

VIII. 1. Qui in mundo vivunt propter conditiones, muneris, vel status sui necessitatem, incedere tenentur per arctam viam, & nihil eos dispensare potest, si uti Christianos decet, vitam velint instituire. 2. Qui in mundo vivunt, ejusque voluptatibus persequuntur, ibique sua comoda inquirunt, quamquam non gravia committant peccata, sunt tamen in lata via, ideoque in manifesto pereundi periculo, licet minime parent.

IX. Peccatur, inquit Theologi, per omissionem, & commissionem; videlicet non faciendo ea, quae facienda sunt, & ea faciendo, quae minime sunt facienda. At vita mollis, quam hominum plerique ducunt, utroque ex capite nocens est.

1. In ea non satis illa operamur bona, quae ad salutem sufficiant. 2. Ea mala operamur, quibus damnamur. Ex P. Girouss. Tomo altero Adventus sermone de iustitiae mundi vita.

X. Christiana Lex nos moderari cogit nimis magna, nimisque assida solatia; quia licet in seipsis videantur innocua, modum excedunt, statim ac in habitum transeunt; & passim producant affectum mollitiae, & inertiae, qui animae virtutem enervat, ac frangit: ita ut impar fiat, quae peccato, affectionibus, & salutis inimicis resistat. 2. Lex tandem nos cogit saepe abstinere ab iis voluptatibus, quae per se omni criminis suspicionem caret ad expandendam, ut S. Gregorius ait, fallacem licentiam, quam nobis vindicavimus, iis persequuntur.

di voluptatibus, quae maxime turpes sunt, & nefariae: unde inferendum est, nos saltem nostram operari non posse in hac molli, ac voluptuaria vita, quam plerique in saeculo vivunt.

1. In hac molli, inutilique vita hominum saeculi duo deprehenduntur fontes peccati, qui cum innocentia simul esse non possunt; sterilitas honorum operum, malorum vero fecunditas.

1. Peccatur, quia nihil boni fit. 2. Peccatur, quia fit plurimum mali. *Essais de sermons pro Adventu: quod argumentum non abluat ab illo, quod superius ex P. Girouss allatum est.*

1. Si haec mollis vita in seipsa spectetur, status est peccati, peccati etiam habitualis, quia ibi semper in occasione manet, ac eo in statu, ubi diu manserit extra peccatum non potest. 2. Si in effectibus consideretur, est fons peccatorum, eorumque gravissimorum.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fons, Auctorque, unde hauriri copia potest ad profectus concitium structuras exornandas.

S. Augustinus sermone 42. de Communibus. Viam latam describens, per quam vulgus hominum incedit, describere videtur honestorum saeculi hominum characterem.

Idem l. 4. de Symb. ad Catechum. in eos invehitur, qui & Deo, & hominibus obsequi student.

Idem, vel Auctor tract. de triplici habitaculo c. 4. docet, quoniam fit arcta via, & quoniam lata; in arcta vero loquitur solum de abstinentia, voluptatumque luxu, modum moderatio &c.

Idem, vel Auctor tract. de quatuor virtutibus charitatis docet arctam viam semper sensibus, naturaeque nostrae studiis esse contrariam.

S. Chrysostomus Homil. 22. in cap. 6. Matth. plura habet, quae ostendunt suavem hanc, commodamque vitam esse legi Jesu Christi contrariam.

Idem Homil. 9. in epist. Pauli ad Thymotheum. loquitur de modo, quo in mundo vivendum est, ne in saeculi flagitia ruamus.

Idem, vel auctor operis imperfecti in S. Matth. homil. 18. in via lata recenset plura, quae ab hominibus culpa vacare existimantur.

Origenes Homil. 2. in lib. Judic. docet duobus dominis serviri non posse, quod se facere posse in hac comoda vita molles arbitrantur.

S. Bernardus serm. 11. in Psal. Qui habitat, docet in lata via plures esse semitas, quae ab arcta recedunt.

P. Haineuve libro, qui inscribitur, Magna via, quae Mundum perdit, in libri praefatione docet non dari viam mediam latam inter, & arctam, de quibus loquitur Evangelium; quae de re alibi etiam eodem in libro verba fecit.

Cambolas, libro, cui titulus, Exemplar Christiana vitae, capitibus tertio, & sexto, alibi quae passim.

P. Bonal, libro, qui inscribitur, le Chretien du temps parte tertio cap. 5. ubi verba facit de primitiva Ecclesiae puritate cap. 13. & 14. item parte quarta c. 16. & 17. numero 9. & 19. totoque tractatu de Christianorum laxatione.

P. Valefius epistola quarta de hoesu.

P. Croiset Tomo secundo Christianarum Considerationum duobus in capitibus loquitur de inutili vita pleborumque eorum qui in mundo, ac in omni statuum genere vivunt.

Essais de morale tome 9. in Epistolum undevigesime Dominice post Pentecosten.

P. Guillore lib. 1. de comode devotionis illationibus cap. 1. 2. & 3. ostendit, devotum esse non posse, qui frequens omnibus coetibus mundi interesse consuevit, & qui mundi modis, ratione sequitur, omnia sibi corporis comoda procurans.

In moralibus sermonibus, tomo sexto, sermonem invenies hujus argumenti.

In specimine sermonum pro Adventu, sermone tertio.

P. Girouss in Quadragesima tomo 1. sermone de inutili mundi vita.

P. Chemiaus tomo 1. parte prima sermonis de quadam religiosa professione.

P. Aurelianensis tomo 1. sermone de Evangelica feveritate.

Auctor sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta, in Adventu sermonem integrum habet de vita molli.

Sarrazin tomo 1. in sermone de sui ipsius abnegatione de eodem loquitur argumento,

XI.

XII.

SS. Patres.

Aeteci, 4. liqur.

Cancionates.

PARAGRAPHUS III.

Lex, exempla, & applicationes Scripturarum huius Argumento.

Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. 8.

Intellectum tibi dabo, & instruum te in via hac, quae graeberis. Psal. 31.

Fiat via illorum tenebrae & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Psal. 34.

Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Psal. 80.

Omnes vias ejus intelligere noluerunt. Jobi 34.

Est via qua videtur homini recta, & nevissima ejus ducit ad mortem. Prov. 16.

Ergo erravimus a via veritatis, & justitia lumen non luxit nobis. Sapient. 5.

Venite, & fruamur bonis qua sunt. Sap. 2.

Unquamque juxta vias suas judicabo. Ezech. 18.

Sunt impij, qui via securi sunt, quibus justorum facta habeantur, sed & hoc vanissimum judico. Eccles. 8.

Noluerunt in viis ejus ambulare, & non audierunt legem ejus. Isaie 42.

Unusquisque in viam suam declinavit. Isaie 53.

Elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt. Jerem. 2.

Hic est gens, quae non audit vocem Domini Dei sui, nec recipit disciplinam. Jerem. 7.

Numquid via mea non sunt aquae? & in provinciae cordis sui mali. Jerem. 7.

Non est memoria ad me in toto corde suo, sed in mendaciis. Jerem. 3.

Disisti: Absque peccato & innocens ego sum, ecce ego iudicio constendam rectum, eo quod dixisti: Non peccavi. Jerem. 2.

Confundatur Israel in voluntate sua. Osee 10.

Qui non accepit crucem suam & sequitur me, non est meus dignus. Matth. 10.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 16.

Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11.

Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. 1. Joan. 2.

Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Joan. 8.

Non desecimus; sed abdicamus occulta detestris. 2. ad Cor. 4.

Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Ibidem.

Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscentis. Ad Galat. 5.

Multis ambulans, quae sapa dicebam vobis (nunc autem & vobis dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, & gloria in confusione istorum. Ad Philipp. 3.

In novissimis diebus erant homines voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutes autem ejus abnegantes. 2. ad Timoth. 3.

Immaculatum se custodire ad hoc saeculo. Jacobi 1.

Engentes ejus, quae in mundo est, concupiscentia corruptionum. 2. Petri 1.

Quicumque voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur. Jac. 4.

Iuxta proprias concupiscentias ambulantes. 2. Pet. 3.

Serendum desideria sua ambulantes. Epistol. canonic. Juda.

Exempla ex veteri, novoque Testamento de prompta.

Ingelve perit huiusmodi, figura sunt eorum, qui suum, comodatamque vitam concitantur.

Plurimi eorum, qui olim cum Moyse rubrum mare siccis pedibus transierant, prospicientes vastissima deserta sibi transmittenda, ut in promissam terram pervenirent, itineris difficultate ita perterriti fuerunt, ut egre ad illud suscipiendum animum appulerint. In quam infelicem terram nos adduxisti, seducti du-ctori suo dixerunt, ubi neque fluvii sunt, neque fontes, neque arbores, neque fruges, nec pecora: immanis arenarum aquora, caelum ardens, aer aestuosus, rupes, ubi vix lustra ferarum invenies. Haecine via est, quam ingredi possit qui naturae, ac sui ipsius inimicus non est? Hic in figura est mundanorum hominum sermo suam diligentiam vitam, cum verbis faciunt de arcta via, quam veri fideles sequuntur, & quam praescribit Evangelium. Haec, inquit illi, regio est, quae in mundo veluti quaedam deserti species

habetur, ubi procul a ludis, spectaculis, conviviis, voluptatibus, & saeculi solatiis, nonnisi injucunda, morosaque vita duci potest. Ibi de bonis tantum operibus, deque status sui rite obediunt muneribus, jejuniis, precibus &c. agitur.

Numquam Deus se magis ad iracundiam percutit contra Israelitas ostendit, quam postquam et dura Aegypti captivitate liberati fuerant, simul omnes traducendi in eam benedictionum terram, quae illis fuerat promissa, cum conquesti sunt de laboribus eo in itinere perferendis. Querela haec adeo injusta, & iniqua fuit, ut univetsali a terra sancta exilio multata fuerit; illic enim ex iis, qui murmuraverant, ne unus quidem intulit pedem, quo exemplo S. Paulus ad nostram utitur doctrinam, atque testatur, supplicium illud figuram ejus fuisse, quod nos meremur, & quod certissime subeundum erit nobis, nisi aliquid pati voluerimus in hac via, quae ad aeternam vitam adducit, mollem, inartemque vitam ducentes.

Cum Judaei a Madianitis vexarentur, Deus Gedeonis opera uti voluit populum suum liberatum; cumque huic imperasset, ut milites ad arma vocaret, statim ad signa duo ac triginta virorum millia convenere jamjam acie decerantur. Verum nimis multi hi milites sunt: Duci praecipit Deus, ut eorum partem dimittat; dimissisque primam viginti duobus millibus; ex decem millibus, qui supererant, jubetur Gedeon delectum habere, ut delectos quidem secum in praellium adduceret, alios autem relinquere. Verum delectus hujus habendi ratio ad nostrum maxime pertinet argumentum. Omnes erant ad fluvium adducti, sitim, qua urebantur, revelatur, ubi qui corpus humi prosternerent, vel flecterent genu, ut ore aquas hauberent, & commode biberent, erant ex militum alio expungendi; qui vero cavam manum tantummodo demitterent aquam haudenti, eamque ori admoturi, referendi erant, ac in aciem ducendi; quod cum rite observasset Imperator, alioque ab aliis separasset, trecenti dumtaxat inventi sunt, qui stantes possent. Tunc autem Gedeoni Deus, per hos, inquit, trecentos milites, qui manu tantum attingerent aquam, Madianitas tuae potestati subjiciam; quod probavit eventus. Hinc intelligere est a Deo veros servos suos haec ratione deligi, atque ab aliis distingui: eos, qui mundi voluptates, & gaudia ex necessitate dumtaxat delibant, seponit; eos vero, qui inordinato appetitu sese illis ingurgitant, respuit.

In Scripturis legitimus, Regem Joas, ceteroquin Principem optimum, & de quo facit textus 4. Regum 12. Joas Regis. Exemplum, qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium. In Scripturis legitimus, Regem Joas, ceteroquin Principem optimum, & de quo facit textus 4. Regum 12. Joas Regis. Exemplum, qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium. In Scripturis legitimus, Regem Joas, ceteroquin Principem optimum, & de quo facit textus 4. Regum 12. Joas Regis. Exemplum, qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium.

Qui in Christiana religione ducere volunt vitam mollem, ac voluptuariam, sunt Sauli similes, & crimen illius imitantur. Rex iste justus Amaleiticis penitus delere, omnesque occidione ad unum de medio tollere, manubiarum partem sibi reservavit, & Regi Agag perperit. En quid faciunt mundi nobiles, suavem vitam ducentes. Christianae religionis officio quodammodo cupiunt satisfacere; gravissima quaeque sibi interdicunt scelera, atque a nequissimis facinoribus abstinere; reserant tamen sibi comoda, & mundana solatia, quae honestis viris licere arbitrantur; atque ita Dei mandata ex altera tantum parte exequantur, praecipientes etiam, ut sensum, affectuamque mortificatione exerceant. Quid illi post haec putant eventurum, nisi quod eorum mollitie irritatus Salvator illos, ut Saulem reprobet?

Mundi Salvator nequaquam satis esse arbitratus est, si palam profiteretur, atque enuntiaret, viam, quae ducit ad vitam, arctam esse, nosque tot modis hortaretur, ut illam amplecteremur; quod sane est satis aperte mollem, & voluptuosam vitam damnare, in qua felium plerique salutem suam operari se posse contendunt. Ad haec exemplo quoque suo hoc vita genus reprobavit: etenim sam elegit, quae maxime laboriosa est, atque austeri, atque ut melius dicam, quae non aliud fuit nisi cruce, labores, cruciatus. Illud vero animadvertendum sedulo est, quod nostrae praedestinationis

Rem eorum, qui conquesti fuerant de laboribus perferendis.

Exemplum, qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium.

Qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium.

Exemplum, qui molli vitam in Christiana religione vivere contendunt, imitantur Saulis sacrificium.

tionis fundamentum, & quendam veluti necessarium dis-  
positionem, qua illam allequeretur, eam constituit  
conformitatem, quam cum vita illius nostra debet ha-  
bere. Sed hominum plerique legem hanc immutare vo-  
lunt; cumque velint, dum vivunt, mundi voluptati-  
bus, & deliciis delictum, sperant post hanc se con-  
secuturos mercedem, quod illis tantum promissa est,  
qui Jesum Christum sequentur, etiamque vigilis in-  
est. Profecto, S. Chrysolomus inquit, hoc simul  
est Jesum Christum sequi, & non sequi, illum sequi  
mini quia estis Christiani, non sequimini autem, quia  
incedere vultis per eam viam, quae penitus opposita est  
illi, quam ipse secutus est.

Difficile non est invenire scelera infelicissimi divi-  
tis, de quo in Evangelio sermo est: *Inducuntur purpu-  
ra, & bysso, & equalantur quasdam splendide*. Nullas pa-  
tralis dicitur coedes, nullam exercuisse violentiam,  
nulla commississe adulteria, aliqua scelera, quae scan-  
dala afferrent; sed dumtaxat indulgentissime pretiosis  
vestibus, & oppare foliis epulari, & Lazari  
pauperis ante fores illius famis interuentis (qui iuxta  
etiam effectus est) nequaquam fuisse miserum.  
Difficile porro non est eandem vivendi rationem in  
plerisque divitibus, nobilibusque viris deprehendere,  
qui sine metu audiunt ea, quae de hoc divite nequam  
dicuntur, tamquam horumiam, quae ad ipsos nequa-  
quam pertinet. Quid enim illis utilitatis est molli-  
tas, voluptuositasque vita luxu, crapulae, atque deli-  
tiosis omnibus dedita? Quid aliud in mundo faciunt,  
quam quod ille efficitur? & si minus per impotentiam  
hoc faciunt; si liceret, quid facerent aliud? Pre-  
ferunt vero quomodo discedunt hae mundi matronae,  
quae putant vitam mollem, voluptuariam, inertem,  
otiosamque esse vitae conditionis essentiam, & totum  
esse ipsarum negotium? Attamen non liquet, illas ab  
Evangelica severitate a Deo dispensatas fuisse; neque  
constat quid responderent poterunt, cum sibi diceretur,  
quod olim Epuloni Evangelico dixit Abraham, cum  
bona receperint in vita, nihil illis in altera expectan-  
dam praeter penas, atque supplicia.

Poiquam illis, qui molli vita oblectantur, explica-  
ta fuerint Filii Dei de hac vivendi ratione oracula;  
opera pretium est istidem ab oculis ponere similitudine-  
m, atque parabolas, quibus ille usus est, ut ostende-  
ret, quam periculosum, ac saluti oppositum sit hoc  
genus vivendi: Arboris sterilis fructuque carentis suc-  
cisse, & in ignem projecta eo quod frondes tantum  
prolulerat, parabola; item sterilis ficulnea, cui male-  
dixit Jesus Christus, a quo fructibus vacua inventa  
fuerat; necnon inutilis servi, qui damnatus fuit, non  
quod creditum amisset talentum, sed dumtaxat quia  
nullam ex eo fructum perceperat. Denique ostendit  
etiam potest, Dei filium damnationis sententiam feren-  
tem in reprobos, nequaquam illos exprobraturum,  
quod ipsum convulsis, & contumelias affecerint, quod  
alibi sibi rapuerint, vel se in carcerem coniecerint;  
sed dicit solum; Elurvi, & non dedistis escam mihi,  
Sitiivi, neque potum prebuitis &c. hoc est non solum  
damnabit illos propter ea mala, quae fecerint, sed etiam  
propter ea bona, quae minime fecerint in vita iner-  
ti, ignavique, & in id unum intenti, ut sua commo-  
da, suaque delicias consequerentur.

Alia exempla, quae huius etiam infervere possunt argu-  
mento reperies in titulo moralitatis, quippe quae vita  
molli, ac voluptuaria adverteatur.

Applicationes Bibliorum locorum huius Argumenti.

**O**mnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur,  
& in ignem mittetur. Matth. 7. Arbores steriles,  
nullanque fructum, ferentes nobis exhibent Christiani-  
tas, qui mollem, inutilem vitam ducunt; qui bono-  
rum operum omni seposita cura, satis esse putant  
ab illis abstinere, quae palam mala sunt; qui nihil ope-  
rantes ut caelum adspiciantur contentum solum evita-  
re crimina, quae merentur infernum, & qui semper  
voluptatibus dediti, quae eorum studiis vellicantur,  
quin conscientie suae fallacem tranquillitatem pertur-  
bent, in utramque stertunt aures in ea vite mollitie,  
quae deplorabilis aequae est, ac criminosa. Mundus pro-  
fecto huius generis fidelibus abundat: mollis vita huius  
seculi frequentissima efficitur, quippe quae vita  
molli, ac voluptuaria adverteatur. Hinc autem inutili vite  
reprobationis characterem adherere Jesus Christus testa-  
tor arboris fructum non facientis parabola: etenim non  
damnat illam ferro, flammisque eo quod malos, ac  
venenatos proferat fructus; sed quod nullos fert bo-  
nos, ut intelligamus non satis esse nulla commit-  
tere scelera, sed bona quoque opera facienda esse ad  
evitandam damnationis sententiam.

Nemo potest duobus dominis servire. Matth. 6. Duo isti  
domini, quibus nemo servire potest, sunt Deus, &  
mundus; cum enim omnino inter se sint oppositi, sic  
non potest, ut eorum simul conciliantur sententia,  
& imperia, & inevitabilis imminet necessitas alterius  
& imperia, vel alterius imperis aures oblitum  
di: *Aur enim unum odio habebis, & alterum dilige-  
ris: aut unum sustinebis, & alterum contemneris*. Matth. 6.  
Deus Dominus velotes est, qui ferre nequit cum di-  
vidi honorem, qui sibi ubi debetur. Nequequam amor  
proprius omnes excogitat artes, in mundi amorem cum  
Dei amore conciliat. Unio haec non minus impossibilis  
est, quam nefaria; hoc tamen facere conatur, cum  
viam christianam simul, & mundanam ducere arditum,  
nostra Deum intrat, & mundum officia parit,  
etisque servientes mollem ducendo vitam; quoniam au-  
ferre volumus; alteri vero, quod maxime habet au-  
feram.

Ex via qua videtur recta, & novissima ejus ducunt ad  
mortem. Prov. 16. Quinam esse possit hic error, quem  
Sapiens innuit, nisi hoc vite genus, quod mundus  
probat, & culpa vacare putat, quia nihil habet, quod  
aperte sit noxium? Hoc in numero habenda sunt de-  
ambulationes, convivia, conversationes, verbo omnia  
profana solatia, quae vulgo hominum seculo inveniam-  
tiam desinant vitam. Hae illi sibi licere putant, quia  
illa crimine carere arbitrantur, verum non attendimus,  
vel attendere nolumus, viam hanc, cum opposita sit  
angusta via, quam Dei filius in Evangelio nobis ostendit,  
nonnisi ad mortem adducere.

Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vi-  
tam. Matth. 7. Animadvertite fideles, Jesum Christum  
non dicere, viam, quae ducit ad perfectionem, angus-  
tam esse: quod si diceret, illud applicare possitis con-  
nobis, qui Evangelica sequi consilia profiteretur; sed  
loquitur de via, quae ad aeternam vitam adducit: hoc  
est de via salutis, per quam mortales omnes incedere  
debet, si salvi esse cupiunt: *Quam angusta est*. Hae ver-  
ba difficultatem ostendunt. Ille etiam huius rei admi-  
ratione captus videtur. Non dicit solum, angusta est,  
sed quam angusta, quam difficilis est! Non ait, cogi-  
tate, animum appellite, laborate, sed *concedite*. Ni-  
mis non est tutus homo divina adjutus gratia: nec vul-  
gari cura hoc vos affecturos speretis; haec in irritum  
cedet. Operis huius magnitudinem, ac difficultatem  
non abscondo; tanta est, ut Deo ipsi afferat admiratio-  
nem: at ne vos decipiam; hic postremo character est,  
ex quo illam agnosceatis: *Pauci sunt, qui invenimus eam*.  
Pauci sunt, qui vitam salutis sequuntur.

Notio diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt.  
i. Joann. 2. Preservate cor vestrum ab hac effa salla-  
ci: si enim mundum diligitis, secundum illum vive-  
tis; & si secundum mundum vixeritis, moriemini. S.  
Paulus addit. Ne fidem habeatis aeternam cuiquam  
speciei probitatis: sub fallaci sapientia, quot veri deli-  
tescent errores! *Notio diligere mundum*. Attendite porro  
non solum vobis dicit, nec velitis diligere mundum  
flagitiosum, impium, ejus incompositos mores aequae  
& scandalum afferunt, & odium sicut: Loquitur etiam de  
hoc mundo, qui in speciem innocens honestaque vi-  
detur; ceterum inimicus est crucis, & eorum omnium,  
quae mortificant sensus; vite huius delicias gustans,  
ac amator sui. Laquei ejus magis abditii sunt, magis  
subtilis est ejus nequitia, sed ut vos facilius fallat,  
atque artibus vinciat: *Notio diligere mundum, neque ea,  
quae in mundo sunt, bona, honores, salum, nitorem,  
mores, consuetudines, festos dies, gaudia, venenatas  
vitiarum omnium origines.*

Vadam, & ostium delicti, & finis boni. Ecclef. 2.  
Cum Salomon haec proluit verba. Cumulabo opes, ac  
divitias per locupletissimas terrarum Principibus,  
viam ducam latitia, voluptate, ac deliciis affluenter:  
nihil mihi deerit: omnia mihi fluente sententia, puta-  
tis ne Auditoris, illum haec animo concipientem simul  
voluisse divine Legis jugum excutere, ut majori frue-  
retur licentia? aique ut magis sui compos heret vo-  
luisse in idolorum cultum prorurere? Hoc nequaquam  
videtur: in omnibus hujusmodi vanis concipiis excacatus,  
credidit futurum, ut Deus semper esset protector,  
& praesidium suum, seque ab eo nunquam derelictum  
iri speravit. Verum spes sua illum felicitate, atque per  
voluptuam hanc vitam eo nequitia processit, quo se  
venturum nequaquam arbitrabatur.

Qui habet  
medi vitam  
vivit, duobus  
dominis ser-  
vit, quod fa-  
ci nequit.

Via haec re-  
cta quidem  
videtur, sed  
dicit ad mun-  
dum.

Angusta via  
de qua Dei  
filius loqui-  
tur non pro  
religiosis  
tantum est,  
sed pro uni-  
versis homi-  
nibus.

Mundum ad-  
mat, qui il-  
lus commo-  
ta querit,  
illa innocens  
esse dicitur.

Ex molli, &  
voluptuaria  
vita deson-  
da querit,  
quia flagitia  
quae flagitia.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum huius Argu-  
mentum.

Voluntatis propositio auctoritatem vestris querit, & quod  
malum est, bonum aut bono proximam esse suadet.  
August. Sermon. 12. de temp.

Sunt quaedam, quae levissimas putarentur, nisi in scri-  
pturis demonstrarentur opinione graviora. Idem, l. 2.  
Enchirid. c. 79.

Deus tibi felicitatem huius seculi, ad consolationem  
tuam dedit, non ad corruptionem. Idem, tractatus in  
Joannem.

Si delectat se mundus, immundus es; si autem jam te  
non delectat, jam tu es mundus. Idem tractatus 38.  
in Joan.

Non convertitur anima ad Deum, nisi dum ab hoc sa-  
culo avocetur. Idem, in Psalm. 9.

Quid tibi cum pompis Diaboli amator Christi? nolite  
falli, odit enim tales Deus, nec inter suos deputat posse-  
sores, quos cernit vicia sua desertores. Idem, serm. 4. de  
Symb. ad Catechum.

Nequitia est mundum istum diligere, & ea quae nascuntur  
& transeunt, pro magno habere, & ea concupiscere,  
& pro iis laborare. Idem, lib. de Agone christiano.

Figura huius mundi praerit, non nascera. l. 20. de Ci-  
vit. Dei.

Dei Filius sustinuit ignominiam crucis, & tu putas bono-  
rum, qui felicitate istius seculi & deliciis perfruuntur.  
Hieron. Ep. 33. ad Calstr.

Angustam viam nec omnes invenimus, nec qui invenie-  
runt, statim ingrediuntur per eam. Idem, in c. 7.  
Matthaei.

Omne quod agimus, omne quod loquimur, aut de laeta  
aut de angusta via est, Idem, Epist. 14. ad Celant.

Si enim cupiditate calcata spili studium virtutis, per  
angustam viam nitimur. Idem, ibid.

Arcta via, in qua studiose constringitur, est in hoc mun-  
do vitiosa, & de huius mundi concupiscentiis nihil habere.  
Greg. 27. Moral. c. 22.

Via perditionis sparsa, quia intra regulam disciplina  
non includit. Chrysol.

Nemo miles ad bellum cum deliciis venit. Tertull. ad-  
vers. Marc.

Discutienda sunt delicia, quarum molliora & fluxu sibi  
viriu effeminari potest. Idem, de cultu femina.

Amicus mundi excuavitur a consilio amicum Dei, qui  
non spiritum huius mundi accepit, sed spiritum qui ex  
Deo est. Bernard. Epist. 117.

Deliciosa est frater, si sic vis gaudere cum seculo, &  
postea regnare cum Christo. Hieronymus in Epist.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia peno hoc in Argumento valens  
depromi.

Quid est vi-  
ta molli, &  
quamvis illius  
idea sit con-  
cipienda.

**E**A, quae ad hoc pertinent argumentum, non ex Theo-  
logis scholasticis, sed ex illis potissimum, qui de  
moralibus hristiana locuti sunt, hoc est ex spiritualibus vi-  
te magistris mutuati sumus, qui hoc illis nominibus  
nobis ostendunt, quam periculosum sit, mollem, iner-  
tem, atque oppositam anguste Evangelii viae vitam du-  
cere. Videri quoque possunt, quae de Christiana mor-  
tificatione a nobis huc loco dicerentur.

Cum haec vita, quam vulgo mollem, inertemque  
vocamus, nequaquam particulare sit vitium impugnan-  
dam a nobis, sed potius in mixtura dampnam consistat  
actionem, ac sensum, qui seorsim sumpti theoretice  
quae expent non admodum nefarii videntur, aequior con-  
cipi nequa, quam si consideremus vitam, quam  
plerique in mundo vivunt, & si qui honesti viri exi-  
stuntur; hoc est qui nulla in re defunt earum, quas  
ipsorum conditio, & urbanitasque depofcunt; sed qui  
simul parum diligentes sunt in religionis officiis, qui-  
bus in speciem dumtaxat, idque raro perfunguntur;  
qui proleto graviora effugunt vitia: delictaque ma-  
gissime traducunt; qui verecundia, & honestate, ac si  
vis, probitate satis videntur ornati, ne in vitiarum vo-  
ludabre persistant, sed qui nullam in urbe solatium,  
verbo; qui vitam traducunt suam in aleis, in festivis  
cibus, conviviis, comestationibus, verum citra scan-  
dalum, quia alicui afferant injuriam, non fecus ac quin  
penitentiam, mortificationem, & bona opera exer-  
cent. Vita haec dicitur mollis, iners, suavis, &  
commoda, honestorum hominum in seculo vita, eo-

rum tamen, qui Evangelica dogmata, & christiana re-  
ligionis leges nequaquam sequuntur; at haec christiani  
hominis vita non est, neque ad salutem operandam  
idonea.

Non queritur hoc in loco, utrum alea, choreae, hic  
ceteraque communia id genus oblectamenta culpa va-  
cent, necne; supponere possimus suapte natura vaca-  
re: haec igitur quaestio, utrum ubi in habitu transtie-  
re, eaque negotium, status, ac vite professio facta  
fuerint, innocentia servari possit, ac animum salus  
obtineri? Omnes spiritualis vitae magistri concludunt,  
innocentiam simul esse non posse cum hac voluptuosa  
vita, & inerti; alioquin, inquam illi, salvari posse-  
mus sine labore, & sine cruce, quod nunquam erit,  
neque esse poterit, quoniam gerimus nobiscum, ut S.  
Paulus ait, corpus peccati, naturam corruptam, ac stu-  
dia nefaria, quae sunt oppugnanda.

Supponamus erga solatia omnia, quae mundus hono-  
neste vocat, suapte natura in circumstantiis, effectibus-  
que suis culpa vacare; constat nihilominus illa nego-  
tiis, muneribus, officisque suis fabrogare; verbo; vi-  
tam voluptatibus abditam ducere, statum esse reproba-  
tionis. Rationem S. Thomas adfert. Omnis Christia-  
nus, ait, tenetur ad status sui perfectionem contendere;  
qui in seculo est, omnem navare operam, ut se-  
ipsum secundum perfectionis suae gradum perficiat; qui  
vero inter claustra, sine relaxatione incedere in via  
consiliorum, quae apud ipsos praecipui vim obtine-  
runt: *Quicumque profectur aliquem statum, tenetur ad  
ea, quae illi statui conveniunt*. Quemadmodum ergo re-  
ligiosus, qui ad perfectionem contendere negligit per  
ea, quae vocationis suae propria sunt, jam in peccati  
mortalis statu versatur; ita laicus, qui ad status sui  
perfectionem anhelare contemnit, & ad illam ea in-  
cedere vit, quae suo statui conformis est, in statu pecca-  
ti esse dicendus est. Unde inferendum est, ita sepe vo-  
luptatibus, ac solatiis, qualescumque illa sint, abde-  
ditum esse habitum peccati.

Si commoda, & voluptuaria vitam ex effectis,  
& vitiis, quae parit, & molliora velimus, asserere possu-  
mus illam nequaquam culpa vacare. Inde enim  
mollities oritur, quae enervat corpus, ac illud ineptum  
efficit omnibus penitentiae laboribus. Homines sunt  
abdomini suo nati, & voluptatum amatores, quibus ni-  
hil antiquius, quam ut a jejuniis, imperataque abstin-  
entia dispensationem obtineant. Demum qui carnis  
maceratione pra illis indigent magis, in seipso impares  
officiis eidem perserendae. Ex hoc molli, ac delica-  
to vivendi genere oritur etiam oblitio Dei, & officio-  
rum religionis. Quia enim otiositatis maxime necessa-  
riis religionis perfunguntur officiis! quo contemptu  
divinum verbum excipiunt? Quam longo a Sacramen-  
tis absunt! in qua mysteriorum ignorantia versantur!  
Quomodo preces oderunt? Ultrane requirunt  
aliud, ut aliquis in apertum salutis suae discrimen ad-  
ducatur?

Docet Regius Propheta, ut aeterna acquiratur felici-  
tas, satis non esse evitare malum, sed bonum etiam  
faciendum esse: *declina a malo, & fac bonum*. Ita fide-  
lis, qui a vitiis tantum abstinere, bonorum autem  
operum exercitationem negligere, totamque vitam in  
molli inertia traduceret, legitime sperare non posset  
hanc felicitatem, quae merces est bonorum operum,  
atque christiana austeritatis. Hoc satis ostendit quam  
inepta sit eorum excusatio, qui se salvari posse pu-  
tant hoc vite genus ducentes, quam innocentem ap-  
pellant, inter ea solatia, quae neque ab Evangelio,  
neque a bonorum virorum praxi damnantur. Hinc illi  
praetextum afferunt, qui eorum conversionem efficit  
longe difficiliorem. Scire igitur debent ii, Christiana  
religione certissimum esse dogma, satis non esse abstin-  
ere a malo, nisi bonum etiam fiat; quia servus in-  
utilis dampnatus fuit, non quod dissipasset talentum sibi  
a patre familia commissum, sed quod nullum ex eo  
quod fecisset. Si autem addiderit, fe aliquid etiam  
boni facere, quia praecipui religionis muneribus  
perfunguntur, quia festis diebus sacrificio interfertur,  
quia Paschalis communionis praecipio, alitque id ge-  
nus obtemperant: quin ad examen vocem, utrum hoc  
in statu omnia haec rite obire possint actione, respon-  
demus, quod si quando aliquid boni operantur, quod  
quidem in dubium possit revocari, non tamen ea faci-  
unt, quae ad salutem sufficient; quod satis perspicue  
Salvator innuit, dicens futuram ut nisi fidelium iusti-  
tia magis abundaret, quam Pharisaeorum, illi nunquam  
in regnum caelorum ingrederentur.

Fatendum est illos, qui se innocentes inter gravif-  
sima peccata arbitrantur, longe aberrare: verum non  
desunt qui se iustos putent, quia a vitiis abstin-  
erunt.

Mundum fe-  
licitatem salva-  
ri nequeunt  
viam ducen-  
tem mollem,  
& voluptuosa-  
m.

Efficitur vita  
molli, & vo-  
luptuosa.

In hoc vite  
genere dam-  
natur qui la-  
cum non ope-  
ratur, nec illi  
nulli operetur.

Qui in seculi  
vita  
vivunt, et  
sunt, & inno-  
centes rati  
quo-

quorum error levior quidem est, at nihilo minus periculosus propter eam, quam super attulimus, rationem. Hinc sequitur quamplurimos quin cogitent, credantque, damnatum iri, ac multos in Dei iudicio damnandos esse, qui in eodem premis se afficiendos spectabant. In hoc enim iudicio terribili Dei filius nequaquam illos damnabit quia idoleolatras, scelestosque, vel quod atrocia crimina patravissent; sed quod minime eam exercuerint charitatem, cujus occasio sese illis obtulerat; neque bona fecerint opera, que in Evangelio memorantur. Quibus addendum, caritatem hanc difficillime curatiōnis esse; peccatoribus enim, qui omni vitiorum labe fedati sunt, facile persuademus, nisi vite rationem immutaverint, jam actam de illis: sed quomodo non austeri potest error eorum, qui semetipsos merentes esse aliorum nequitia, qui improbiore sunt, bonos se putant, atque ob contentitiam iustitiam suam sibi plaudunt.

In his, qui in mundo vivunt, validiores requiruntur gratie, ut resistere valeant omnibus tentationibus, que ex affectuibus, societatis, pravis exemplis, occasioibus, & periculis, que nullibi desunt, suboriuntur. Viri boni, quos conditio, vel officium suum eum improbitatis vivere cogit, fideles esse debent gratie, ne confectus torrente abripiantur; saepe etiam periculosas occasiones evitare tenentur. Quis porro crediderit Deum potentes hanc gratias largiri illi, qui illud vite genus amplectuntur, ad quod procul dubio non vocavit illos Deus, sed quem ipsi elegerunt, non ut ei majori eam libertate interserviret, sed ut omnibus vite suavitatibus, atque voluptatibus perfruerentur: ut sese ab omni rei familiaris, magistratuum, & quidquid in mundo molestissimum est, cura expedirent, illis tantum, quod ibidem jucundius est, delibarent; illis demum, quos pudet Domini iugum proflus exere, sed qui equo animo nequeunt illud vite genus aggredi, quod ipse lex Evangelica, atque conscientia prescribit? Hi non habent e contra nisi imbecilles gratias, que sufficient quidem ad vite rationem adeo periculofam relinquendam, sed quibus illi nunquam cooperantur.

Cum nihil homini utilis esse possit, quam cognoscere utrum bonum sequatur vitam, Dei filius ad hoc facilem nobis tradidit canonem, quem sapiens aequae insipientis intelligere possit: *Lata peria, ait ille, & spaciola via est, que ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.* Matth. 7. Via hac latissima est, eamque si tuto cognoscere cupis, attende utrum eam multitudine sequatur; eo enim major numerus fertur. Animadvertite porro regulam hanc non explicari de illis tantum posse, qui in aperta morum, fideique licentia vivunt: patet enim, eorum numerum haud ita magnum esse; & quamvis plurimi sint, qui in seculo ita vitam insulant, hi tamen si conferantur cum illis, qui mollem, inertem, voluptuariamque vitam ducunt, minorem procul dubio numerum constituunt. Hinc inferendum est regulam hanc ad molles homines esse tradendam.

Manifestus error est, putare tertiam adesse viam inter arctam, latamque, ubi decurrunt qui sperant licentiam adfectant, sed error adeo periculosus est, ut affirmare possimus hanc esse causam, propter quam qui mollem vitam ducunt, periculum inferitis sui minime videant. Hoc enim illos prohibet ne ab hac vita recedant, donec error eorum animis infidet. Si enim seipso perspicue in perditionis via intuerentur, ibi vivere minime vellent, veriti, ne ibidem occumberent; ferus, oculus ab eodem relinquitur, si ulla ipsis conscientie, fideique superesset reliquia. Sed quia coeci in eandem feruntur non cogitantes ubi sint, & quo vadant, permanent in periculo, quin illud videant, ac inde egrediantur; & numerus eorum, qui ita praeferunt mentem intereunt, tantus est, ut de eodem non nisi cum admiratione Dei filius loquatur, quod satis probat veritatem.

Hoc vite genus tanto magis saluti periculofum est, quanto videtur satis honestum, ac tuum, ubi nihil metuendum sit, quippe quod vulgo acceptum est, & a plerisque mortalibus probatum, qui non aliter vivunt, neque credere volunt aliqui periculi in huiusmodi vita inventi, quamquam periculum maxime adfit omnino in flagitia, adeoque in interitum perveniunt. Homines sunt honesti, eruditi, meritis prestantes, ex omnibus conditionibus, omnique sexa, laici, Ecclesiastici in quadam vite suavitare viventes, que neque admodum soluta videtur, neque admodum aulica: non admodum quidem soluta, neque enim permittunt, ut peccatum in corde, & actionibus suis regeret, neque admodum aulica, quia voluptatum, & solatiorum amor illis dominatur. Non sequuntur ingenium suum quocum-

que naturalis inclinatio eos ferre possunt; sed illud praeferunt quod ratio, & lex Evangelica inuunt, sequuntur. Non contemnant Evangelii precepta: verum illa non habent tanto in pretio, ut eadem observent; in quo malum est, & sufficiens damnationis eorum causa.

Evangelium aperte docet neminem duobus dominis servire posse, ut intelligamus divitiarum amorem cum servitute Dei simul esse nequire. Hic tamen divitiarum amor una est ex tribus concupiscentiis, que reprobum mundum componunt: unde iudicium ferri potest, utrum hac mollis, inerteque vita, que cum amore divitiarum completitur etiam amorem voluptatum, honoris, & rerum omnium, que sensibus nostris accidit perijucunda; utrum, inquam, vita hac cum Dei servitio possit conciliari. Sin autem reponis, in hoc vite genere cupiditatem non adeo abnormem esse, ut aliquis avarus, libidinofus, & ambitiosus ideo habeatur, erit igitur ex numero eorum, qui duobus Dominis servire gestiunt; aliquid alteri quidem, potiore vero partem alteri tradet. At Dei cultus divitiarum hanc partem nequit; vel totum vult, vel nihil; & si qui aequis partibus inter illum, & mundum pariter cupid, ultra non est in numero fervorum ejus; nunquam erit ille, qui Deo mundum praefert; quod sane fit in ea, quam mollem vitam descripsimus?

Patres, atque Theologi vulgo dicunt hanc mollitiem, voluptariamque vitam signum esse reprobationis, quia efficit, ut christianis minime pares sint illi perferendis, que necessaria sunt ad beatam gloriam assequendam, seu ad illas ingrediendam viam, ejusque dispositiones obtinendas, seu ad perseverandum in tanti boni persequitione.

Nullus ambigendi locus esse potest, quominus omnes omnium conditionum mortales omnia teneantur evitare peccata, & pro virili ea superare vita, in qua promissum sunt. Sin autem verum est, quod cum finis illi sunt; patet de precepto esse, media quoque talia censenda sunt; patet de precepto relinquendam esse vitam mollem, & voluptariam; quia docent experientia simul, & ratio, hanc genuinam esse rationem intra officii fines, & in aliorum preceptorum perseverantiam sese continendi. Alioquin moraliter impossibile est omnino evitare peccata, ac superare propensionem illam, qua in malum ruimus. Mollitiam ergo abdicare preceptum est, preceptum in aliis preceptis confusum, preceptum in aliis preceptis contentum: & si ex his ipsis, que permittunt, nihil tibi negas, quomodo non animi & spiritus in eorum, que vitia sunt, fines non irrunt?

Nemo inter Theologos extat, qui post D. Thomam non confiteatur, licet venialia peccata, quocumque illa fuerint, minime damnare hominem valeant, cum tamen, qui omnibus illis praeferendis praefert, animo ne ab illo quidem abstinendi, nisi peccatum mortale committere, & in damnationis statu versari. Similiter (nullum enim intercedit discrimen quandoquidem alterum in altero continetur.) Similiter inquam, qui hoc animo efficit omnes sibi voluptates, omniaque permittendi solatia, quorum ne unum quidem ad mortalem usque perveniret, nequaquam in statu reperiret operandi salutem suam; etenim quamquam ad salutem assequendam sufficiat servare precepta, ut Salvator Matth. 19. ait: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: ideoque theoretice hac teneri posse videatur opio, atamen cum difficillimum sit in lubrico stare, quin ab his, que licent, ad ea que minime licent transitus fiat, fidelis, qui hoc sibi satis esse contendit, in manifesto versatur periculo ulterius procedendi, & non praestandi ea, que tenetur: quin immo meretur a Deo deseri, atque in delictis, & periculosis occasioibus potentibus gratis delituit.

Mollities hac in quadam dispositione consistit, ubi homines nequeunt, videlicet, nolunt aliquid pro Deo, ac pro animarum suarum salute patri; five hoc proficitur ex incomposito amore, quo corporis sui bona prosequuntur, quorum quidem suapte ingenio idoleolatras sunt, seu oriuntur, quia spiritualibus rebus, fideique objectis non sufficientur; seu effectus hic fit odii, quo mortificationes, atque austeritates perhorrescant, non solum propter naturae corrupte molliem, verum etiam propter fallaces Mundi sententias. Hinc illi quodvis praetextum genus inquirunt, ut se ab austeris obligationibus dispenent, que necessario professioni christianae religionis adherent.

Hae vite ratio proprie dicitur esse Deum inter, & mundum.

Mollities hac reprobationis nota.

Preceptum mortificationis, exercendae vitam mollem necessaria illatione intercedit.

Hae de eo non fecit ac de venialibus peccatis differendum est.

Confusum capere non possumus, an gustum ingrediendi vitam, atque Deum inter, & mundum haeremus.

Unde non haec oritur in fidelibus mollities, qui se eandem prorsus abdicare possunt.

PARAGRAPHUS VI.

Delebit ex Affectibus, & reprobis Concionatoribus loci huius Argumentum.

Iris Christi minime in mollis.

Admoneamus illos qui in mollitie, ac suavitare humane vite vivunt vobiscum spinis coronati, doloribusque confecto, ut fallacem pacem, periculofamque securitatem, in qua sunt, pertineant. Nos ipsi totis viribus contremisquam reputamus terribilium verborum fulmen, quo Deus minitari videtur illis, qui vite huius amore ebrii tanta sollicitudine, & cura, quomodo sibi faciant satis, inquirunt in bonorum, que possident, perfructum, cum formidabili vocis tono dicit illis Luc. 6. *Va vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram, qui videlicet in divitiarum vestrarum usum beatam vitam ducitis: Va vobis, qui gaudio, & voluptatibus abundatis. P. Rapin in libro, cui titulus, Vita praedicatorum in bona sternitae.*

Ita est: majori labore in mundo salutem suam anima fidelis operatur, quam in Aeternitate suis, ac in Eremitis solitarii; difficultis quippe multo est certatum esse in periculis, humilem in honoribus, temperantem in dapum, cupiditatemque laetitiae, pauperem in divitiis, penitentem in deliciis, & in bonorum iactura patientem: que tamen omnia nisi in mundo praestiteris, iam actum de te est. Proh Superi! Si sancte huiusmodi austeritates in clausuris tantum necessariae, ubi tamen occasiones infrequentius accidunt, gratia fortiores fatis, & lapsus minus crebri, quam in mundo; ubi omnia plena sunt infidiis; ubi plures ubique latent copuli, ubi omnia ad malum excitant, ubi omnia seducunt, ubi non nisi cum diligentissima sollicitudine saluti fidei consulti potest: que illatio quis error, arbitrari homines libet ad omni periculo, & occasione sepositos indigere magis mortificationibus, & austeritatibus, quam mundanos, qui omnibus periculorum generibus patant? & credere minori vobis opus esse cura in mundo, ubi vite ratio vos periculosis occasioibus obicit, ubi periculorum frequentia salutis viam efficit difficiliorum, ubi ideo sentium custodia magis assidua, mortificationes magis inevitabiles, inertia, voluptatum, mandatorumque solatorum fuga magis est necessaria. Ex manuscripto sermone.

Libenter in mundo suspicimus naturales virtutes, que vite huius consuetudinem jucundam efficere possunt, & vulgo negligitur christiana pietas, que omnis vere virtutis fundamentum est, praefidium, & decor. Admiratio hac satis aperte probat mortalium inordinatam agendi rationem. Haud agra habent in pretio quamdam probitatis speciem, que magnam affectibus eorum relinquit liberatam, & non postulat hanc vigilantiam, severamque austeritatem, quam prescribit Evangelium. Hoc pacto mitigant interiores poenas, que voluptuariam vitam comitantur, minorique cum metu vivunt suis affectibus indulgentes. Cum citra repugnantiam minime liceat superare obices, quos criminis horror licentiae opponit; se ab omni licentia abhorreere putant, donec aliquam sibi vindicare possint speciem virtutis. Liber, qui titulus animadversionis est contra Religiosos, & morales argumenta.

Lata peccatorum evitatio famam, cavendum est diligenter ne in amoris proprii lemen, mollemque succidat viam, ut homines voluptarii; ite in magis delicatam, periculofamque errorem gradum facientes eos relinquant errores, qui cassiores sunt; & in quibus totum vite spatium non audent trahere. Postquam diutius mundo obsecuti sunt, tunc ipsos suae servitutis atque delictis, que libentissime gustaverunt, fastidiunt. Fortunam confectantes fatigantur, cumque semel istam fuerint affecti, inveniunt pericula maiora voluptatibus; Deum inquirunt in eum consistunt, qui facilius quam mundo servitur; verum idoneo angulum Evangelii viam ingrediuntur? Haud ita sane; intelligunt utrum, immo equius esse Deo servire, quam mundo; verum mentem hanc suscipere nequeunt arctam inveniendi viam, quam ille nobis ostendit, & arcem, quam ille gestavit, ferendi. Ita sese in suavi amoris proprii via continent. Deum amare volunt, quia seipso odierint; religioni suae satisfacere, quia sibi vult faciant; aliquid gratiae tribuere, & cupiditati nihil negare; amplecti penitentiam, & nihil de vite deliciis remittere. Hae Dei cum mundo conciliatio ardet quidem ab ingentibus malis: verum pati non potest alteram, qua opus est, sollicitudinem; noxiarum inimica voluptatum, sed deliciarum, opatorumque commerciorum amica: oculi quidem assequendi cupida, sed illuc leni, jucundoque contentens itinere. Sermo manuscriptus.

Quamvis omnes actiones tuae singillatim sumpta vacarent crimine, eas nequaquam vacare dico, si universae accipiantur; & adeo diuturnam voluptatum cauteam necessario criminofam esse contendit. Si nefas non est per intervalla spiritum recreare; num fas est toto vite spatio jugibus indulgere solatiis? Numquid ideo te creavit Deus? Numquid opus erat, Dei Filium humanam carnem induere, laborem pati, tantum in terris versari in caligine, labore, persecutionibus, & crucis mortem subire, ut tibi gratiam mereretur ludendi, gaudendi, omnibusque debis novis inquirendi voluptates, nullamque tibi negandi ex illis, quam omnino veritas esse non putas? Deus quidem nostram sciens infirmitatem, atque cognoscens spiritum nostrum non semper orationi, vel negotiis vacare posse, aliqua nobis solatia permittit; ad permittit, ut unice solati curam, tamenque omne impendamus? permittit, ut in illis finem nostrum constituamus? Ipse vero non permittit, hoc ut tibi permittere audebis? Pater de Valois. Epist. 4. Inter cetera, quibus ad necessarium invitatur.

Cum dico voluptatem semper esse periculofam, eamque nobis semper esse evitandam, non loquor solum de obsecris voluptatibus, quas ratio prohibet, quas lex damnat, quas omnes boni horrent: non solum immoedice libidinis omnes continentiae cancellos infringentis, furorem damnare in animo est; hic ego opem ludere invadens contra hanc flagitiosorum hominum genera, qui sine ulla verocunda purissimis sese voluptatibus abduunt. Quomodoquidem improborum id genus mortalium cor induratum est, ita praesentissima etiam remedia illis fidei inutilia. Illi, quibus timorem incutere cupio, eosque a voluptatibus avocare, viri sunt alioquin timentes Deum, quo seculum quoque reveretur, qui clanculum fortasse ob virtutem suam intumescunt, qui inter rerum absentiam, vitreque delicatiae perfecta securitatem fruuntur; voluptates vero, quas illis interdiciturum fun, communia sunt vulgatae saeculi solatia; voluptates consuetudinis, absterbo invidia, & que in commerciorum eorum admittuntur, qui honestissimi habentur. Hae autem dico, licet nulla prohibeantur lege, immo etiam ipsa consuetudine probari videantur, semper esse periculofas, quia vita, que in huiusmodi voluptatibus traducitur, fons est, occasio, & illecebra peccati. Sermo manuscriptus.

Alex, deambulationes, ludi, jucunda solatitates vulgatae sunt mortalium mundi huius negotia. Omnis eorum vita in inertia ac inutilitate transigitur, immo etiam in negligentia, que quantumvis culpa vacet, eorum Deo non criminofa esse non potest: quia otio, & voluptatibus vite ejus indulgent, que non aliud esse deberet nisi iuge virtutis eorum periculum, ac non intermissum certamen; ad eam, que victorios duntaxat defectur, coronam promerendam. Hae salutis ipsorum incuria efficit, ut in sanctissimarum rerum usum quidam spiritus teporis obrepat, qui opera eorum ad caeli acquisitionem facit inutilia; itaque damnantur, quia de salute sua non laborant. Pater Rapin libro de Salutis momento.

Homini plerique equo patiuntur animo, si toto pectore in graviora crimina, avaritiam, fenus, obretationem, atque id genus inveharis: Verum si levis mollem hanc, inertemque vitam attingas, qualem hodierna die ducit eorum virorum coetus, quid, quod mundus nuncupatur, componunt: si sedula enumeratione persequaris occupationes illas, quibus consistat; & de ludis, quibus assueverunt, de commerciis, que ibi loquantur, de conversationibus, que obveniunt, de solatiis, quibus sese recreant, disceptes; si haec omnia ad Sanctuarium lanceam appendas, si dicas, quod sentis iuxta Evangelii, & christiana disciplina insinuat; si proferas, alicui in qua temporis tantum, tantumque pecuniarum absumentur, grave peccatum esse contra amorem, quo familiae suae utilitati consideri singuli debent, & contra necessitatem, qua pauperibus opem ferre tenentur; si affirmes assidua quadam officia, que mulieres facile ad se patiuntur, publico quidem scandala esse, scopulos vero earumdem pudicitiae; Si, cum Tertulliano, inanes earum ornatus audieris, cum voces homicidiae, atque venena, quanta tibi confas inimicitias? P. Aurelianus, sermo de virtute.

Quam metuendum hac in re est nobilibus feminis, quae in misera vivunt inertia, quae ethnicam quamdam probitatem cum felici indole, bonaque educatione conjunctam, virtutis locum obtinere putant; quas naturalis superbiam a flagitiis ardet, quae se satis bonas arbitrantur, quae in oculis mundi non admodum noxia videntur; & que singularem sibi inesse virtutem credunt, quia

De quibus loquimur, de vita molli loquitur.

Vite molli, ac inertis descriptio.

Mulieres magis, quam viri, vite molli sunt obnoxiae.

Vita delicata, & commoda proprie est in ta via, de qua sermo est in Evangelio.

Error, & illatio mollem vitam vivendam esse interitum eorum causa.

Quid hoc vite genus si- lio periculo- sum efficit.

quia plurimum habent honoratis, & modicum vitiorum, eorum saltem vitiorum, que magis elucescunt, & que auctorem suorum nemini offiunt; sed que mollem, inertem, inutilemque vitam ducunt, quin ulla unquam misericorditer, ac penitentia opera exercent, quin christianas virtutes assequi curent, quantum de fide sit, sine illis nullam sperandam esse salutem. P. Bourdaloue in sermonibus sub eius nomine editis.

Non cogitamus, S. Paulinus inquit, per Baptismi gratiam fideles cum Jesu Christo consensutos esse; spondidisse crucem se amplecturos, non ultra sibi metipsi, vel mundo victuros, sed effecturos, ut Jesus Christus vivat in ipsis. Non cogitamus, christianam vitam esse debere non imitationem solum, verum etiam continuationem vite Jesu Christi; quia hujus spiritus agere debet in illis, & in cordibus eorum eodem sensus imprimere; quos in corde ejus impressit. Si christiana vita hac spectaretur ex parte, liqueret statim quam longe ab illa mollis vita recedat; neque ullis opus esset rationibus ad eorum mentem evincendam, quibus de precipuis religionis nostri veritatibus esset persuasum. Ex tractatu de Comedia.

Quam in re mortificata vita consistit, que christiano viro ducenda est? In hoc fane, ut per spiritum opera carnis mortificetur; ut a quibusdam secedat societatis, quorum familiaritas nimis est periculosa, quod ipsa docuit experientia; ut interius mundi pompas abdicet, a proximis peccati occasibus abstinet, ut penitentem ducat vitam in satisfactione criminibus, que paravit; ut paulatim suas affectiones infringat eisdem ea negans, quibus possent inflammari; ut nunquam nimis mundanis sese abdat solatis, que vel aliquo tempore nocua sint, vel aliqua ex causa sint criminosa; ut per virtutem ab illis etiam temperet, que per se culpa vacare possunt. Verum quis non videt mollem vitam esse omnibus hujusmodi preceptis, atque institutis oppositam? Ex moralibus sermonibus.

S. Bernardus l. 1. de consideratione inquit, mollem hanc voluptariamque vitam homines in quamdam stupiditatem, & quodammodo necessariam obdardationem conicere; & nihil magis metuendum esse, quam fures hujus status calamitatem. Per quos gradus in hanc corruptionis, & dicitur abyssum descenditur? Sape per mollem, voluptariamque descenditur vitam, factus idem reperitur. Cur autem? quia anima hoc in statu fit omnino carnalis, atque animalis, habetque interiore quamdam stupiditatem, que sepe separari non potest ab habituali consuetudine peccandi. Ibidem.

Hodierna die non conversationes, non sodalitates, non ludos, non voluptates, non solatia perstringit; sed ad examen revocandum est, utram vita ex his rebus omnibus confans merito innocens vocari queat; atque utrum hic innocente pretextus eidem jure applicetur, ego vero affirmo vitam hanc damnationis esse. Ecce autem Tridentina Synodi verba, que mihi terrorem incutunt: *Tota vita christiani perpetua debet esse penitentia.* Cumque non videatur periculum, quod in hac vita molli adest, hanc infelicissima fascinatio est, que mundum excacat: *Fascinatio nugentis, obscuro bona; & inconfessantia concupiscentia transverit sensum;* Sap. 4. videlicet quedam est fascinatio, que ita nos perstringit, & excacat; ut minime videamus magnitudinem bonorum alterius vite; & periculum, quod sub specie bonorum vite presentis delitescit, quod satis explicare non possum nisi hoc Isaia Propheta verbo: *Spiritus veriginis.* Vertigo est, circutius, ac jugis confusio. Hac voluptas, & dambulatio, hic cœtus, & hoc solatiofum; dormire, confurgere, sese comere, vesci; omnes illi circuitus, crebreque visitationes, quas cum mane reperis, a prandio reddis &c. *Impi in circuitu ambulavit.* Psal. 11. Sermo mansuetipis.

Inviti licet, fateamur oportet auditores non equam nobis esse Christianam sanctitatis ideam. Quid autem? Sese annihilaverit Deus; totum effuderit sanguinem, & in cruce mortem subierit; tot preparaverit Sacramenta, tot operatus fuerit miracula, ut Religionem institueret; utque tota hac religio, tot laborum, prodigionumque fructus ad aliquot aquæ guttas in nostra navitate redigatur; ac deinde liquet, si libitum fuerit, aleis invigilare, tessuris ludere & ducere choreas. At enim queritis, quis salvus erit, si ad salutem assequendam, abdicanda sunt mundi solatia, labor amplectendus est, & bona opera exercenda. Ego vero ex vobis quare, si hoc necessarium non est, quis non salvabitur? Cur Evangelicum tantopere exitum electorum numerum exaggeravit, si iudicentibus, atque omni voluptate fruentibus licet in celum contendere? P. De la Colombiere.

Hæc mollis & voluptaria vita opposita vitæ Christi.

Opposita est vitæ penitentis, & mortificatæ, quam Christianus ducere debet.

S. Bernardi sententia de vita molli.

Quid impugnetur, cum de molli vita habetur sermo.

Vita molli non est vita christiana.

Proficitur S. Paulus ad Philippi. 3. se rerum omnium iacturam æquo subituro animo, & quicquid maximum, & locupletissimum esse nullo habiturum in pretio, dummodo Jesum Christum lucratur: *Omnia arbitror ut fecerora, ut Christum lucrificem.* Hodie vero proflus opposito sensu speramus, & credimus nos eundem lucratos esse mollem, immortificatamque vitam ducentes; atque ut verbo me expediam in pernicioso hoc errore vivimus, Christianos nos esse posse, & salvari, quin ea reliquamus, que habemus; quin ex corde nosmetipsos abnegemus, quod quidem Jesus Christus, omneque Patres esse affirmant penitus necessarium ad nostre vocationis sanctitatem. Hoc enim chimerice horum temporum devotionis adinventum est; Christianismi quidem gloriam, penam vero non item habere volunt; illum sibi honori vertere cupiunt, ut conscientie stimulos suffocent; illius autem jugum nolunt sustinere tamquam nimis grave, & incommodum. P. Bourdaloue in sermonibus, qui sub eius nomine circumferuntur.

Turpe christiano viro est in mollitie, crapulaque versari; tenetur ille sua mente subtrahere quicquid conditionis sue decor permittit, sibi que quantum potest deliciarum usum interdiceret non solum secundum prebitas, verum etiam penitentia leges. Insignis enim illuso est arbitrari in mundo homines esse, quos status sui ratio in deliciis versari cogat, & a penitentia legibus dispense. Nihil adeo facile est, quam hunc errorem agnoscere, non solum ex christiana religionis preceptis, que neminem dispensant, verum etiam ex plurimorum Regum, & Principum exemplis, qui in aulicis exercitatione nihil fuere præ aliis diligentiores. *Essais de Morale tom. 5.*

Quantumvis magnus sit horum mortalium numerus, qui impie vivunt, modicus tamen videri potest si comparetur cum illis, qui sub specie frugi, sanctaque vite reipia voluptuosissimum ducunt vitam nihil suis affectibus denegantes. Honelli homines, ut mundo videntur, & æquitate proficentes: sed quorum negotium omne est otium jure, vel sollicita eorum rerum cura, que ambicionis, & cupiditatis vellicatur; homines denique, quos vite ratio Evangelicis contraria institutis in eo majus periculum adducit, quo se tutiores esse arbitrantur. *Sermones Morales tom. 6.*

Religionis minime sibi vertunt ad fatietatem terrenis perituris deliciis, quin ullam vel evangelicorum canonum, vel propriæ imbecillitatis habeant rationem. Divites præsertim, nobiles, & qui aulam frequentant, sibi persuadent, omnia commoda, omniaque seculi solatia ad se pertinere; per status sui conditionem licere sibi mollem, inertem, & voluptuosam ducere vitam; sensibus, & cupiditatibus suis satisficere, & quoad possunt, commodam, suavemque sibi vitam parare. Hinc seipos ab omnibus pietatis, & religionis excitationibus, que incommodè accidunt, dispensant; verant, ne sibi verba fiant de his, que requiem ipsorum perturbant; inquam homines, qui ipsi palpent, & per quos omnibus vite suavitatibus perfruantur. Quod ad christianas pertinet modificationes, licitis aliquando voluptatibus abstinere, recessum, orationem, & bona opera status, & conditionis sue propria exercere, hoc ab eorum usu quam longissime abest, eamque tandem devotionem adoptant, que ipsi aridæ, eorumque cupiditatibus non oblectatur. Maximi faciunt, quod nemini vim inferunt, & quod iniquis injustitias non committunt, quasi christiana vita esset nihil mali facere quin aliquid boni fieri queratur. *Auctor Anonymus.*

Si qui in mundo versantur christianam vitam vivere volunt, in mundo ipso arctam querere viam debent, extra quam nulla salus; & sperare, se eam Deo fovente inventuros, dummodo lacrymis ea prosequantur, que aliorum gaudia constituent, atque oculis fidei respicientes vanitates, ac mundanorum solatia hanc perperant, & horrent. Seipos solitarios prestare debent in turba; quales profecto erunt, cum aliter vivant ac homines molli, fovebantque cogitationes, & consilia, & exercitationes illis proliis oppositas; cum operi vacabant, aliis in otio permanentibus, cum affectus suos impugnantibus, aliis eisdem satisficere cupientibus; cum Deo preces effunderent, cum Deo loqui; Denique audire quærent, aliis in obsecratione, atque attentione tempus terentibus; cum denique nihil reliquum facient, ne seculi iniquitatibus conquirentur. At ne audeant se Deum inter, & mundum dividere, & ab utroque id mutuari, quod commodum; suoque ingenio conformare reperient; hæc enim propriæ vitæ molliæ, ac temperatæ christianissimi species vocatur. *Idem.*

Scio equidem, si seculum hoc spectemus ex reformatione, severitate, austerisque sententiis, quas plurimi

Inania spes edificationum se in hoc vitæ genere salvari posse.

Numero te quod mollem & voluptuosam vitam vivunt.

Hæc vita molliis ipsam vitam suam ac locum suum præ se fert.

Quid hominibus in mundo facere, ut christiane vivant.

Plurimi arctam viam salutem fallorent.

mi hodie magnifice profitentur, non defuturum, unde mundanorum relaxationem consolemur: verum nescio, utrum penitiora feratantes eorum corda, qui videntur aliquid hanc severitatis spiritum concepsisse, invenimus, quod externa species promittit. Videmus enim adeo mirabilem severitatis, & relaxationis commixtionem in vita plurimorum, qui severi cupiunt haberi, ut quantumvis obiter illos ad examen revocemus, liqueat, eos longe aliter esse ab illis, quos esse simulant. Quæ via corpori arcta est, nimis lata est cordi; que sensus arctat, hæc laxat mores; ac sepe miro concupiscentiæ, amorisque proprii artificio contingit, viam hæc ex parte coarctari, ut laxetur ex altera; & immodice ea ex parte, quo nos studium non rapit, viam ad angustias redigi, ut quo nos fert ingenium, ibi ultra modum fiat latior. P. Avelianensis. *Sermones de severitate Evangelica.*

Nihil in speciem quidem suavius est molli mundanorum vita; mens omnis expertæ curæ, corpus omnibus perfruentis commodis; variarum voluptatum sibi succedentem seriem; agitati jucunda, que mentem recreant, quin illam occupet, tam feris, maximeque necessariis considerationibus liberat; vitam speculaculis, conviviis, deambulationibus, conversationibus dedita; nihil hoc jucundius fingi potest, si spectetur extrinsecus. Atamen hic omnis felicitatis evanescit adpectus cum salutis, quod sibi inest, periculum consideratur; cum cogitatur hæc vita genus Evangelicæ oppositum esse institutis; vite Jesu Christi in doloribus, cruciatibusque transactæ; vie que ducit in celum, quod non nisi vii raptus, quam sibi quisque scit, & quod nemo nisi per cruces, & passionem pervenit. *Auctor Anonymus.*

Christianus, qui ex statu suo capitis crucifixi membrum est, quoddam est deformis, ac monstrum in Jesu Christi corpore, nisi in se deserat characteres, & uti loquitur S. Paulus, signata Salvatoris sui. Quæ autem similitudo est inter caput spinis coronatum, & membra floribus redimita? Inter vitam Jesu Christi, que sicut laboribus exercita vitæ ab infantia, & Christianorum vitam, que catena est voluptatum? Potestne apterius impagnari terribilibus hæc Tridentini Concilii sententia, afferentis totam christianam hominis vitam jugem esse debere penitentiam: *Tota vita christiani perpetua debet esse penitentia.* Ita loquitur Occumenicum illud Concilium, quod morum, æque ac fidei nobis norma esse debet certissima. Non dicit autem vitam religiosi hominis, sed christiani: nullam excipit ætatem, nullam conditionem, nullam sextum, omneque simul involvit mortales in hac inevitabili crucis defendende necessitate, quam perpetuam penitentiam appellat: *Perpetua debet esse penitentia.* Hæc igitur mollis, & commoda mundanorum vita non est vita christiani, quandoquidem tantum distat a penitentia, que ab illa separari non potest. *Specimen form. pro adversariis.*

Sanctificatio nostra Dei opus, & nostrum est, S. Augustinus inquit: *Hoc opus suum esse voluit, & nostrum.* Dei opus est nos evocantis, nostrum vero, qui vocantem sequimur: *suum vocando, & nostrum sequendo.* Hæc autem vita, quam mundus innocuum vocat, nos divinis vocibus tardos facit, vel prohibet ne sequamur illas: neque aliquid ultra requiritur, ut, quam noxia sit, innotescat. Ex sane feri ne potest, ut qui semper voluptatibus addicti sunt, semper ditacti, semperque occupati, quas Deus minime vult, & ubi idcirco nequamquam suppetere tenetur attentioni mentis eorum copia luminum suorum; fieri ne possent, inquam, ut id genus homines animam advertere solum possint considerandi, meditantidique veritatis Religionis, quas hanc illis ob oculos obijcit gratia? At nisi suas adjectas cogitationes interioribus illustrationibus, quibus a Deo illuminantur, quem inde referant fructum? Nisi autem ex Dei gratis fructum referant, fieri non potest, ut salutem suam operentur. *Ibidem.*

Vita inutilis, atque bonorum operum ferilis culpa vacare non potest, quia culpa non vacat ea vita, que saluti ejus non prospicit, qui ducit illam, sed que illum damnat, quandoquidem nisi medium est salutem inter, & damnationem. Qui non colligit mecum, dispergit, & qui non est mecum, contra me est, ait Jesus Christus Luc. 11. & Marc. 12. ut intelligamus, ab ipso reprobari christianos hosce neutros, & ambiguos, qui neutri parti herere videntur. Deus videns eos, christianis inter ipsum, damonemque divinum, inde egreditur, S. Augustinus ait, damonem relinquit eam partem, cuius dominus videbatur. Multum mali facis, cum non facis bonum, quod ex te petit Deus; omnes negligentie tue omissiones sunt, infidelitates gra-

Vita molliis adversatur Evangelicis institutis.

Christiani vitam conformant esse debet vite Jesu Christi.

In hac molli vita nemo se salutare cogitavit.

Hæc vita molliis innocens esse non potest.

tie ejusdem. . . . Neque solum fuis, & commoda mundanorum vita innocens non est, sed si serio fecundum sane discipline principia illam ad examen vocemus, vita hæc proflus criminosa est, atque ut ita dicam, non intermissa peccatorum catena, quia ab una voluptate ad alteram, ab una ad alteram cupiditatem fit transitus. *Ibidem.*

Non deest quadam christianorum species, qui in mundo honesti viti censentur, qui neque in improborum, insigninimque peccatorum numero sunt, neque in numero eorum, qui se pios esse profitentur, bonis operibus, omnibusque suis religionis officiis intentos, sed qui inter utramque hanc vite rationem mediam sequi viam affectant. Non parent illi quidem graviores vitis, oderunt crimina, que nomini infamie notam intantur; verum omnibus pertruncant solatis, omnibusque voluptariis coibus adstant; in nulla re defunt eorum, que mundi vocantur officia: sed satis putant id exercere per urbanitatem, quod in Christianismo maxime necessarium est. Norunt satis quid faciendum sit; sed mundo magis placere contendunt, quam Deo: Domini legem observant, non autem universæ, neque perfectæ, quibusdam in officiis fideles, in aliis se facile dispensant; nullam sibi vim adhibent, nullam curam impendant, ut itot virtutum affectus, nullam habeant firmam finemque jultitæ, nullam in virtute progressum; sed quarant indefinenter commoda sua, & quicquid vitam isorum efficiere potest jucundioram. Hæc vita est hominum, qui honesti mundo vocantur, sed que coram Deo multiplici ex causa nequam est. *Sermo mansuetipis.*

Christianismus duas nobis generatim leges præscribit, que norma esse debent vite, totiusque christiani hominis disciplina. Prima est mundum, & eorum quicquid, que mundi sunt, a nobis amari non posse. Hæc due sunt leges, que unam tantum elicunt, quam gratia semper ponit ob oculos fidelium eo in commercio, quod cum mundo habere tenentur. Duabus hæc tenetur regulis, ut illas actionibus applicemus, consuetudinibus, moribusque eorum, qui mollem ducunt vitam, quales vulgo Principes sunt, ac divites seculi. Vita hæc nemini sese criminosa videtur, quippe magnis caret sceleribus, neque adulteris foedata est, immo neque brutalis, turpique intemperantia, cui se nequiores ingurgitant. Verum utrum reipsa noxia sit, ex duplici hoc canone judicemus. Perpendamus utram in hac vita, que molli vocatur, cor a terrenis avulsam sit, æternorumque rerum amore succentum. Qui minus hanc vitam oderunt, immo qui eam maxime diligunt, non negant, ab ipsa voluptates amari, & inquiri, atque plurimum divitiarum in eisdem impendi illam semper oblectari deliciis, atque in id unum incumbere, quomodo amoveat quicquid illorum pacem, & requiem valet perurbare; atque ita negare non possunt illam vite crucis, que fidelium vita esse, esse possunt. In generatim, quid sit vita molliis; sed de vite hujus veritate ex his principiiis judicium feramus res mundi hujus amandas non esse, cor a terrenis esse avocandum; statimque patebit, illam, cum non aliud sit quam amor mundi, christianam esse non posse, nullamque partem habere in nostrum metisporum abnegatione, nullumque iudicium, quod cor nostrum sit ad res æternas conversum. *Sarrasinus tom. 2. Adventus sermone de sui ipsius abnegatione.*

Non postrema inter vulgatissimas, periculosissimæque seculi illusiones, illa est plerumque fidelium, qui extrinsecus retinent adhuc aliquos religionis sensus, ead, quia in flagitiosissimam relaxationem non ruunt, se cum Deo rem componere posse, illi simplicem superioritatis, & exultationis præ mundo in animo prælationem deserentes, atque hoc pacto utrique hæc simul domino servire posse. Fatali hoc errore decepti morum disciplinam juxta suam cupiditatem sibi concinant: nolunt omnino Dei servitium abdicare, sed de mandis quidem servitium penitus abdicere nolant. Frequenter ad Sacramenta accedunt, preces, & elemosinas assuntunt, verum semper animo rebus creatis adhærent, atque sine religione sese omnibus mancipant objectis, erga que incompositis rapiunt affectibus. Si alteri tentationis resistunt, cedunt alteri; fit mundum ea ex parte contentum, que ipsorum cupiditatem non palpat, ad commentitium contemptum hæc reparandum aliis in rebus a se illum amari posse arbitrantur. Penitentes, sed qui sibi vim faciunt, sed qui amorem proprium abnegant, temperantes ex urbanitate; honesti ex officio; zelantes ex vanitate; nunc devoti, nunc mundani alternis vitiorum, virtutumque vicibus, & bonorum malorumque studiorum mixtura. *Ex moralibus sermonibus, tom. 8.*

Non admodum fidendum est eorum fidelitatis, quæ

Alia eorum hypotesis quæ mollem vitam ducunt.

Vita molliis non est vita christiana.

Vita molliis divisa est. Deum inter, & mundum.

In hac vita molli nulla est celestis christi.